

Applausus votivus cum
divina disponente gratia,
ad nutum Sacræ Regiæ
majestata...

Neelman, Johannes,

1700-1829 81 Cbza 1702



National Library
of Sweden

APPLAUSUS VOTIVUS

Cum

DIVINA DISPONENTE GRATIA,

Ad nutum

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS,

Maximè Reverendus & Excellentissimus Dominus,

D. DAVID 

S. S. Theol. in Regio hoc ad Auram Athenæo

Professor celeberrimus, Utriusque Consistorii Asses-
sor gravissimus, Ecclesiæque Svecanæ, quæ
Aboæ est, Pastor dignissimus,

pridie Iduum Octob.

Anni Septingentesimi Secundi supra millesimum,

S. S. Theologiæ DOCTOR crearetur.

In debitæ observantiæ tesseram

â

Discipulis consignatus.



allor, an est PIETAS homini dulcissima merces,
Commoda larga ferens.
Hanc quia sectatus primis juvenilibus annis,
DOCTOR amate bonis,
Sedulo Castaliis fueras cum operatus in arvis:
Tempora laurus habet.
Hanc quia sectatus sacro de fonte petiram:
Rite triumphus adest.
Nonne novo incedis DOCTOR decoratus honore,
Thejologumque decuss
Et Tua Pieridum non ultima fama virorum,
Nomen & omen habet.
Aspice certatim solennia gaudia jungit,
Fert & ad astra sonum
Christiadum cœtus, qui sanctis militat armis,
Pieridumque chorus.
Est probitas etenim, & abundans gratia linguæ,
Vitaque pura Tibi:
Estque decens gravitas, Doctrinæ & consona facta:
More & amore præis.
Quod placet hoc superis; CAROLUS Fortissimus Atlas,
Quem tueare DEUS!
Vindice dum dextra Patriam victricibus armis,
Vindicat usque suam,
jussit quo caperes venerandam rite Tiam,
Et Gregis esse Ducem.
Æternum vireas, patrii Celeberrime DOCTOR,
Gloria magna soli!
Æternumque vale, Christo Musisque sacratis,
Spesque Decusque vige!
J. NEELMAN.



laudite Musæ,
Voce sonora
Dicite grates
Altitonanti!

Prodiit ecce
Splendida Stella
Grata Carœnis,
Laude vehenda,
Non nova quædam,
Quandoquidē ante
Luce priore
Rite coruscat;
Nunc tamen aucta
Lumine, lustrat
Fortius orbem,
Atque repellit
Nubila densa.
Inclyte Doctor,
Magne Patronæ,
Gloria nostra,
Sideris instar
Euge refulges!

Mascula cujus
Et pia virtus,
Integra vita
Atque labores,
Nocte dieque
Quos subiisti,
Quosque tulisti
Tempore longo,
Ti meruerunt
Hancce Tiaram,
Qua decoratus,
Munere Clarus,
Dogmate præstans,
Omine dextro,
Doctor in oris
Auradicorum,
Thejologumque
Heic decus audis.
Vivito felix,
Floreat atque
Vivida semper
Fama per orbem!

H. J. FLACHSENIQ.



Alve festa dies! Lux o gratissima mul-
tum!

DOCTORIS Titulo quo TE Venerande
PROFESSOR,

Gloria Thejologum, nostris percarus in oris,
Ornat sed merito, Tanti Clementia REGIS.
Carmina si possem nunc dicere digna Marone,
Nostrum Te Mystam cantando ad sidera fer-
rem;

Sed nec adhuc Musæ cum me fecere Poëtam,
Inter & argutos tantum strepo ut anser olores:
Quod potero faciam, me totum in vota re-
solvam:

Semper honos Nomenque Tuum laudesq; ma-
nebunt.

Occiduis vernent oris, cantentur Eois.

Ter felix sacram DOCTOR sic sume Tiaram,
Ut numeret fructus multos Ecclesia CHRISTI;
Et studiosa cohors reperat post commoda mille,
Post Pyliosque annos capias Coelestia Tempe!

JOHANNE P. FLACHSENIQ.